

L'HUMILITÉ EXALTÉE,
OU
LA PROMOTION AU CARDINALAT
DE MONSIEUR
ANDRÉ HERCULE DE FLEURY.

HUMILIS IN EXALTATIONE SUA;
SIVE
MODESTISSIMI VIRI,
ANDREÆ HERCULIS DE FLEURY.

In Sacrum S. R. E. Cardinalium Collegium cooptatio.

20.5.1.2





L'HUMILITÉ EXALTEE,
OU
LA PROMOTION AU CARDINALAT
DE MONSEIGNEUR
ANDRE HERCULE DE FLEURY.
STANCES.



OS vœux sont accomplis : La plus rare Vertu
Se voit contrainte enfin d'orner le Sanctuaire ;
Par les soins de LOUIS & par les mains de PIERRE
Le modeste FLEURY de pourpre est revêtu.

François, tous transportez d'une sainte allégresse,
Dans un si digne choix, que le Ciel a dicté,
Du plus jeune des Rois admirons la Sagesse,
Du plus saint des Pasteurs bénissons l'Equité.

Quoi ! verrai-je toujours ce généreux Alcide,
Le plus puissant appui du Trône & de l'Autel,
Mettre en sa Pieté, par un zèle intrépide,
A mes justes bienfaits un obstacle éternel ?

Non, non, dit la Sagesse ; à ma reconnaissance
J'ay trouvé le secret de soumettre son cœur :
S'il a scû du Monarque éluder la puissance,
Pourra-t-il résister à la voix du Pasteur ?

Il cede : & c'est ainsi qu'un vrai Christianisme,
Au milieu des grandeurs, sauve l'Humilité :
Tandis que l'obstiné, par un faux héroïsme,
Du mépris des honneurs repâit sa Vanité.

P.D.P.D.D.S.



HUMILIS IN EXALTATIONE SUA,
Ex Ep. S. Jacobi,
cap. I. v. 9.
SIVE
MODESTISSIMI VIRI,
ANDREÆ HERCULIS DE FLEURY,

In Sacrum S. R. E. Cardinalium Collegium cooptatio.



UOD Pietas, quod sancta Fides, quod gloria Christi,
Quod tota effusis optabat Gallia votis,
FLORUM purpureo PETRUS insignivit amictu.,
Ditavitque sacrum venerando Patre Senatum.
Hæc tua laus memori, Sapientia Regia (1), corde:
Hæc tua laus æquâ, Benedicta Ecclesia (2), lance.
Scilicet hic nobis Solium Cælumque potenter
Herculea cervice feret (3); nec gratia tantis
Ulla rependetur meritis (4); constanter honores
Respet oblatos inimica Modestia fastus (5),
Non nisi perpetuos exantlatura labores:
Non ita: sed Regi quæ restitit, hanc bene junctis
Viribus oppugnemus, ait Sapientia; Virtus
Illa modesta, suæ non temnet jussa Parentis.
Nec tempst. Poterat major luctando videri;
Tete Deo, voluit parendo verior esse (6). P. D. P. D. T. P.

(1) Rex sapiens
& bene merito-
rum memor,
LUDOVICUS
XV. Cardinali-
tiam dignitatem
charissimo Prä-
ceptorí sollicitus
petuit, latus im-
petravit.

(2) BENEDIC-
TUS XIII. sum-
mus Pontifex, vir-
tutum remunera-
tor æquissimus,
illusterrimus
FLORUM in
S. R. E. Cardina-
lem, præ cæteris
ex orbe universo
Cardinalibus eli-
gendif, plaudente
elegit Ecclesiâ.

(3) Eminentissi-
mus Florus, Regni
administer fidelis
ac prudens, Ma-
gnus augustæ Re-
ginæ Eleemosyna-
rius, Religionis
defensor acerri-
mus, Generalium
Cleri Gallicani
Comitorum pri-
mus Præses.

(4) Suis ipse continuis & magnis in Regem, in Clerum, in Galliam meritis, nihil prorsus mercedis
ambit, præter Deum.

(5) Idem Episcopatum Foro-Julensem suâ sponte dimisit; Archiepiscopatum Remensem à Rege obla-
tum recusavit; vacante in Rege consecrando Franciæ Pares inter Ecclesiasticos ultimum locum supplevit ultrò,
qui, si voluisset, jure implexus primum.

(6) S. Bernardus l. 4. de confid. cap. 4. n. 12. exponens, quales eos esse oporteat, qui Cardinales eligun-
tur, sic alloquitur summum Pontificem.

Itaque non volentes, neque currentes assumito; sed cunctantes, sed renuentes: etiam coge illos & compelle
intrare. In talibus, ut opinor, requiescerit spiritus tuus, qui non sint atritæ frontis, sed verecundi, sed timorati,
qui præter Deum tantum, timeant nihil; nihil sperent, nisi à Deo. Qui adventantium non manus attendant,
sed necessitates. Qui stent viriliter pro afflictis, & judicent in æquitate pro mansuetis terræ. Qui sint compositi
ad mores, probati ad Sanctimoniam, parati ad obedientiam, mansueti ad patientiam, subiecti ad disciplinam,
rigidi ad censuram, Catholicæ ad Fidem, fideles ad dispensationem, concordes ad Pacem, conformes ad uni-
tatem. Qui sunt in judicio recti, in Consilio providi, in jubendo discreti, in disponendo industrii, in agendo
strenui, in loquendo modesti, in adversitate securi, in prosperitate devoti, in zelo sobrii, in misericordia
non remissi, in otio non otiosi . . . ubique & in omnibus circumspici . . . Qui quod verecundè excusant
obstinatus non recusent.

JUSSU clarissimi & vigilantissimi D. D. Urbanæ politiæ Prætoris, legi Carmen, cui titulus est, *Humilis in exaltatione sua*, &c.

Mole quidem exiguum, sed rerum pondere magnum.

Legi etiam adjacentes notas, quarum ultima ex Sancto Bernardo deprompta est, tam appositè ad rem, ut verè dicere liceat,

Hæc pictura vetus viva est spirantis imago.

Ita sentio, die 5. Novembris 1726. C. LEULLIER

JA Y lù aussi la Traduction des mêmes Vers, qui ne cede en rien à la beauté du Latin.

C. LEULLIER.

Permis d'imprimer. A Paris ce 5. Novembre 1726. HERAULT.

De l'Imprimerie de P. G. le Mercier fils & MORIN, rue S. Jacques, à
S. Hilaire, près la Fontaine S. Severin. 1726.